appone conturbor: uel si solito minus. si ut tardius
uel negligentius pparet murmurationis peste con
sumor. Quis michi has parit angustias: passio cu
piditatis. an suauitas caritatis. De quorundam sen
tentia qui exteriores labores caritati et interiori dul
Sed assiduis inquis cedini dicunt esse contrarios.
uigiliis corpus tabefacere: cotidianis labori
bus carnem affligere: uilissimis cybis. menbrorum
labefactare uigorem. non solum non modici labo
ris. sed et ei quam tantopere niteris commendare adeo
caritati constat esse contrarium: ut totam mentis
suauitate euacuans: omni eam spiritali dulcedine red
dat effetam. Hec est illa ridenda quorundam opinio:
qui spiritalem dulcedinem in carnis quodammodo su
auitate constituunt. asserentes corporis afflictio
nem contrariam esse spiritui: exteriorisque hominis pas
siones interioris minuere serenitatem. Cum enim inquiunt
caro ac spiritus affectu sibi naturali cohereant: necesse
est suas inuicem communicent passiones: ac sic im
possibile. ut non huius oppressione ulterius hylaritas pertur
betur: ita ut in illud gaudium spiritale. meroris qua
dam anxietate deiectus spiritus nullatenus ualeat res
pirare. Acute hec ut inuestigari uidentur ut probari.
O rem pudendam: secundum regulas ypocratis. gratia queritur
spiritalis. Sic nimirum sic errant: qui physicis argumen
tis. magis quam preceptis apostolicis innituntur. Ipsi namque
sunt hec qui super uentrem repit: qui terram comedit:

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.2, 3r – Aelredus Rievallensis, Compendium speculi caritatis; Alcuinus, Compendium in cantica canticorum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-it7i/5150/49284)